



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Admodum Reverendi Domini Prioris, & Religiosi
Abbatiaæ Affligeniensis in Prioratu Bornhemiensi commorantium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

non resistentes, & nefando Schismate Jesu Christi
Tunicam scindere abstineant, in quem finem pre-
ces, Sacrificiaque Nostra omnipotenti Deo (qui
potens est Rebelles etiam Hominum ad se propi-
tius convertere voluntates) offerre non cessamus.
Patere Excellentissime, ac Reverendissime Do-
mine, ut hanc nostram submissionem haccce decla-
ratione Excellentiae Vestrae manifestemus, rogan-
tes vitæ, necisque Dominum, ut Excellentiam
Vestram Ecclesiæ, & Nobis quam diutissimè sof-
pitet, & incolumem servet. Sic voentes profundâ
humilitate subscribimus. Datum in Prioratu No-
stro Bass-Wavriensi hac vigesimâ Decembri anni
1718.

F. Robertus Van Velde Prior Bass-Wavriens.
F. Beda Geldens.
F. Anthonius Jouvineau.
F. Carolus de Ruddere.
F. Augustinus de Cormette.
F. Ildephonsus Van Rossem.

EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Admodum Reverendi Domini Prioris,
& Religiosi Abbatiae Affligeniensis in
Prioratu Bornhemensi commoran-
tium.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine
Nos Religiosi Affligenenses Ordinis Sancti Be-
nedicti in Prioratu Bornhemensi residentes,
conformes Confratribus Nostris Affligeniensibus,
ut

ut pateat nostra erga Sanctam Sedem, & Summum Christi in Terris Vicarium Clementem XI. (per cuius os loquente Cœlo, fileat terra, necesse est, & ex quo infallibiles morum, doctrinæque Regulas omni submissione suscipimus) omnimodâ reverentiâ, & obedientiâ declaramus, Nos Constitutionem Sanctissimi Patris Nostri *Unigenitus Dei Filius* ambabus ulnis, corde, & animo amplexari, & Epistolæ Pastorali tantis zelo, religione, & sapientiâ ab Excellentia Vestra emanatæ, profundissimâ veneratione subscribere : protestantes, nullam Nos communionem velle cum Ecclesiæ Capiti perduelibus, donec resipiscant, & præfatæ Constitutioni omnimodè, & absque fuko fese subjiciant, & nefando Schismate Jesu Christi tunicam scindere abstineant : in quem sine in preces, sacrificiaque nostra omnipotenti Deo (qui potens est, rebelles etiam Hominum ad se propitius convertere voluntates) offerre non cessamus. Patere Excellentissime, ac Reverendissime Domini, ut hanc nostram submissionem hâc declaratione Excellentiae Vestrae manifestemus, rogantes vitæ, & necis Dominum, ut Excellentiam Vestram Ecclesiæ, & Nobis quam diutissimè sospitet, & incolumem servet. Sic votentes profundâ humilitate. Datum Bornhemii 24. Decembris 1718.

F. Willebrordus Risquens Prior Bornhemiensis.

F. Silvester Vastersavens Religiosus Prioratus Bornhemiensis.